6.48

Cod. 1394 einer der zu 1383/8 zusammengenähten Stücke, der Brief S. XI ca. 24 hoch, ca 123 breit

(Verso) -W. fidelissimo 7 dilectissimo amico suo · P. quondam amicissimus. nunc autem ex parte sui satis fidelis et perfectus amicus se 7 sua · Proprium est animi bene constituti teste tullio gaudere bonis rebus et dolere contrariis. Ceterum nullum mag bonum quam amicitiam pure et perfecte colere et diligere. Eam sola virtus contrahit et conservat. Si igitur virtutis et probitatis naturaliter es compos · solius virtutis dilector et sectator es probitatis. Quicquid igitur est contrarium virtuti abiecere debes a te et prorsus excludere. Deinde consequen eandem voluntatem et eiusdem affectum volun-tatis cuique amicissimo diligentius commendare et expressius inculcare. | (Recto) Dubitans forsitan quid ex his verbis potissimum sit intelligendum. sed si voce quandoque nobis ad invicem colloquendi dabitur occasio. qd significatum esse his literis velimus dilucide ostendemus. Interim vero operam dare debebis. ut ex laborinto quo intricati iamdudum sumus mulieroulę scilicet tam periculoso animę nostrę detrimen-to coniuncti sumus primus quam citissime evadere possimus. eo scilicet pacto. ut eam ...... primitus legitime coniugii copulę destinato reconciliari facias et legitime copulari. Vat.